CLARISSIMO VIRO

MAXAEMILIANO VRIENTIO H. A BVRGVNDIA

S. P.

ECCE tibi Iessides meus: Iam dudum effracto ergastulo ad te erumpere gestit, doctissimi iudicij tui censuram subiturus. Continui quidem quantum potui, ne patefactâ insigni suâ inscitiâ, & sibi & mihi pudorem incuteret, sed tamen inuito elapsus est. Vtinam fugitiuum quibus dignus est pœnis excipias. Ego certè iustiorem nunquã victimam Lemnio immolatam ausim pronuntiare. Si quid mitiùs in illum statuas, erit cur vni benignitati tuæ vitam acceptam ferat. Vale mi VRIENTI, & salue.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

EPICA *Ill.mi Domini* HERMANNI A BVRGVNDIA *Comitis Fallesij nedum habent splendorem ac commendationem ab Auctore viro nobilissimo, sed & à suauiloquentia metrica, quam expressit, floridum & fœlix magni viri ingenium. Ea porrò sunt, vt ad diuini Numinis cultum & amorem accedendum facem præbeant maximam. Ideò vt typis mandentur & publicentur lubentes concedimus. Leodij 20. Ianuarij. 1624.*

IOANNES A CHOKIER Canonicus Leodien. & S. Celsit. Vicar. Adm.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf